

- (4.) Eleganter Laëtantius L. II. Instit. Divin. Dedit omnibus Deus pro virili portione sapientiam, ut & inaudita pervestigare possent, & audita perpendere. Nec, quia nos illi temporibus antecesserunt, sapientiam quoque antecesserunt: quæ, si omnibus equaliter datur, occupari ab antecedentibus non potest.
- (5.) V. Verulam. l. sup. cit.
- (6.) Idem in Cogitatis & Visis, p. m. 593.
- (7.) Epist. 64. Idem L. VII. Quæst. Nat. c. 31. scribit: Quàm multa hoc primùm cognovimus seculo? & quidem multa venientis ævi populus ignota nobis sciet. Multa seculis tunc futuris, cum memoria nostri exoleverit, reservantur. Pusilla res mundus est, nisi in illo quod quærat omnis mundus habeat. Non semel quædam sacra traduntur, Eleusis servat quod ostendat revisentibus. Rerum natura sacra sua non simul tradit. Initiatos nos credimus, in vestibulo ejus hæremus. Illa arcana non promiscuè nec omnibus patent: reducta & in interiore sacrario clausa sunt. Ex aliquibus aliud hæc ætas, aliud quæ post nos subibit, aspiciet.
- (8.) Proverbium hoc, de quo v. Erasmi Chiliad. 3. Cent. 2. commodè huc applicat ipse Verulam. l. 3. de Augm. c. 4.
- (9.) Juniorum scripta non statim abjicienda esse docet Piccart. Obs. Hist. Pol. Decad. XII. c. V. p. m. 373.
- (10.) V. Isaaci Leikheri Orationem de ubertate & prærogativâ Temporis nostri, Wittebergæ Anno 1650. habitam.
- (11.) V. Rohault in præf. Tract. Phys.
- (12.) V. Verulam. l. 5. de Augm. c. 2. p. m. 126.
- (13.) Fabulam hanc descriptam v. apud Eundem l. 2. de Augm. c. 13. & de Sapient. Veterum, c. 6.
- (14.) Monconifus in Soteriâ quâdam Gassendo scriptâ; quem & ipsum in Analyfi insigniter versatum esse, testatur Tractatus quidam Algebraicus, inter opera ejus, Anno 1666. Lugd. edita, extans. Cæterum qui plura de stupenda illâ Arte scire gestit, adeat Carolum Renaldinium, Magni Hetruriæ Principis Philosophum ac Mathematicum Celeberrimum, qui vastis duobus Tomis complexus est Artem Analyticam Mathematicam, in tres partes distributam, quarum prima Veterum Analystarum, secunda Recentiorum doctrinam locupletatam complectitur, atque adeo de Resolutione & Compositione Mathematica edifferit, tertiademum in Majorem Artis illustrationem Theoremata ac Problema-